



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Interesse.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

INTERESSE. INTERPRETATIO.

si irregulatis: quia annexa est ordini nisi seruata moderatione. cap. alma. Nec debet sacerdos aspergere seculares aqua benedicta, nisi in festis, de quibz in dicto cap. alma. Si tamen alpergeter, putat Ioan. Cal. non incurere irregularitatem: quia hoc non est iure caustum, nisi forte hoc faceret in principio missz, quod videretur esse proprium sacerdotis. Intellige, sine moderatione. cap. alma.

<sup>64</sup> PER benedictionem mense etiam à clericu interdicto, vel tempore interdicti, non incurritur irregularitas: quia nulli ordini est deputata.

Idem de benedictione itinerantium, quam solent facere Priors, & Episcopi, si fiat simpliciter, & non cum solemnitate: secundum Ioannem Cald. De aliis benedictionibus dictum est supra. Benedicatio oliuarum, candelarum, in diebus suis, calicum, paramentorum: secundum Ioann. Cal. fieri non potest à clericu interdicto, vel tempore interdicti. Neque secundum eundem introduci potest mulier in ecclesia tempore interdicti post partum, pro purgatione solenniter hendi sine irregularitate: quia hoc officio ordinis clericali competit: poterit tamen per se intrare sine officio, ut gratias agat Deo. Potest etiam prædicari tempore interdicti in d. capi. responsu. cum pulsatione campanatum pro hoc, pro hora nona, & Ave Maria & pro quacunque causa, excepto diuino officio.

<sup>65</sup> V I O L A N T E S interdictum, quā uis magnam pœnam incurant, nō tam mortaliter peccant: secundum Caetan. in summa ver. interdictum, cū aliquando quis efficiendo irregularis mereatur, & ponit exemplum de participate cum excommunicato: qui licet incurrit pœnam, magnam, videlicet priuationem à sacramentis, non tamen mortaliter peccat. Not. tamen, quod ubi lata est excommunicatione contra violantes interdictum, & violari facientes, violando mortaliter peccant. Idem dicetem de eo, qui contemnit sententiam, vel ratione scandala-

li, quod alijs prebet.

<sup>66</sup> N o r. etiam, quod h̄c nomine clericorum veniunt moniales, licet non sint rapaces ordinis. cap. postulantis. de sent, excommunic. ideo & ipsa dicēdo officium, quasi eccliam officiō, & faciendo ea, quae clericis sunt prohibita, tanquam competentiā ex aliquo dñe, violarent interdictum. Ex pœnitis sequentibus irregularitatem, & suspensionem appareat esse peccatum mortale. Tanta enim pœnarū multiplicatio graue delictū supponit, in clero pretiis, non tamen omnem irregularitatem mortalem dico.

INTERESSE.

INTERESSE videatur esse, ut dicit Bartol. l. vnica. c. de sent. quæ pro eo quod inter. profer. existimatio alii cuius utilitatis non habet propter laicū factum iniustum, vel iniustum concessionem. Et horum quoddam dicitur lucri cessantis (vt quia non de disti mihi pecuniam meam, cessauit lucrum, quod cum eo faciebam.) Aliud dicitur. damni emergentis: vt quia nō dedisti mihi pecuniam meā, oportuit me accipere ad usum: et quo damnum incurri. Quando autem possit in conscientia peti. infra. Usura. §. 10. & 15. Quando in conatu peratur. ff. de act. emp. & vend. Julianus. §. 1.

INTERPRETATIO.

INTERPRETATIO dubiorū meliorem partem semper est fiducia: secundum gloss. Rom. ii. quando scilicet necessitas iudicandi occurrit. Qui autem in rebus importantiæ determinant in malam partem aliquid de re dubia, non ratione urgente, mortaliter peccant. Potest tamen quilibet rem suam sexuare à quocunq; ita cetero ac si esset latro, non tamen iudicando ipsum furem esse. Pralati autem si nō debent de actu mētis iudicari: ceteris tamen exteriores punire debent: cunctū quod appetet de eis extenuat, quia sunt indices. Vide Th. secunda. qu. 60. ar. 4. Existere enim malū de proximo sine sufficiēti causa, est ipsum contemnere.

ZINTEP

